



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

In Funere alicujus adolescentis nobilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

domo; major, nobilis &c. Alia sunt intra domum, alia aëri
 exposita. Columna fuit N. in domo magna, &c. Fuit statim
 firmatus in fide vera. Fuit columna propter virtutes in ju-
 ventute, Eccl. 33. quærit. *Quare dies diem superat, & iterum
 lux lucem, & annus annum?* Non quærit de die solari, nam
 ad hoc facile respondebit Mathematicus, quare sit dies una
 longior, sed quare unus homo sit clarior altero, una columna
 superet aliam? ut dies alii profesti, alii solennes, ita homines;
 inter ipsa festa est distinctio. Respondet sibi scriptura cap.
 citato. *A Domini scientia sunt facta sole.* Ut dies omnes à so-
 le, ita homines à DEO, tamen quodam ipse sibi separat. *In
 multitudine disciplina separavit, & immutavit vias eorum, ex
 ipsis sanctificavit & ad se applicavit.* Fuit N. columna, in vir-
 tute, doctrina. *Immutat vias eorum, dat his quos eligit DEUS
 dona.* Benedictio DEI immutat, *dixit & facta sunt.* Provi-
 det talibus prudentes & probos Instruētores, ita factum cum
 N. Sed hætenus hæc columna veluti sub velo fuit cum ab Ar-
 tifice DEO perficeretur, perfecit & ostendit in dignitatibus,
 Ibi in singulis exercuit pietatem, justiciam, liberalitatem,
 in adversis fortitudinem. Postea hæc columna firmata est
 per connubium ex quo multæ securæ sunt affinitates & pro-
 les. Jam vobis valedicit, & inprimis tibi N. *Memineritis filii
 operum Patris vestri,* quod dixit Matathias ad suos. His ver-
 bis vobis Filii Pater, quibus Rex Hispaniæ Philippo tertio suo
 filio. *Magnam tibi Fili gratiam fecerit DEUS, si te ad illud gloria
 fastigium evexerit, quo me præcuntem habuisti, sed ex animo te ob-
 testor, cum id assecutus fueris, hujus etiam lecti in quo me vides
 memineris, hic ut cernis, subsistit omnis gloria.*

In Funere alicujus Adolescentis Nobilis.

CUM inspicio vineam N. video latitudinem à Majoribus,
 dico

dico Cant. 8. *Mille pacifici, & ducenti hi qui custodiunt fructus vineæ.* Sed unus botrus deest, N, Mortuus pulchrè inceperat. Si flevit Jerem. Thren. 2. cum per Nabulardan in Babilonem translatus Israël botrus, *Vide Domine & considera quem vindemiaveris.* Et ego id ipsum dicere possum, capit hic botrus bene. Lex fuit Athenis ne vindemiarent ante æquinoctium autumnale, hic in vere ætatis decerptus. Servabat tibi hunc botrum Parens. 4. Esdre. 9. *Servetur mihi acinus meus & plantatio mea, quia cum multo labore perfeci, debes Pater dolere & cum David dicere 2. Reg. 1. Dolco super te Frater mi Jonatha decore nimis & amabilis.* Et vos affines dicitis 2. Reg. 1. *Sicut Mater amat unicum Filium suum, ita ego te diligebam.* Juvant hunc dolorem vicini, juvant omnes. Ecli. 33. *Et ego novissimus evigilavi, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores in benedictione DEI & ipse speravi.* Quis hunc botrum colligit? Angeli. Apoc. 14. *Exiit Angelus de altari &c. Et clamavit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quia mature sunt uvæ ejus, & misit.* Unus Angelus ostendit botros, alter secat, horum laborem producam.

Venit ad tuam Pater defuncti domum Angelus, clamat ad alterum, *Mitte falcem tuam, &c. quia mature sunt uvæ ejus.* Sed quomodo maturæ? est Adolefcens, negant omnes maturum. Sed non eodem tempore ubique botri maturefcunt. Overan. lib. 4. cap. 2. scribit in America in Civitate S. Dominici maturefcere in Decembri. Xacumjæ in Æthiopia scribit Franc. Alvarez cap. 2. maturari alios in Jan. alios in Febr. Idem est de hominibus, communiter dicimus maturum senem juxta Pl. 89. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus octoginta anni, amplius eorum labor & dolor.* Sed extraordinariè, Sap. 4. *Senectus venerabilis est, non*

diuturna, neque annorum numero computata, cani autem sunt sen-
 su hominis, & atas senectutis vita immaculata. Et ut Ambro-
 lib. 3 Epist. 21. *Atas que albescit non canis sed meritis, veneran-*
da anime canities, in canis cogitationibus & operibus effulgens.
 Nihil est quod in compendium redigi non possit, homo est
 parvus mundus. Ezech. 4. Jerololyma delineatur in later-
 culo & integras naves Myrmecides ita contraxit ut ala musce
 tegerentur. Sic vitus plures annos in paucis claudit. Sap. 4.
Consummatus in brevi explevit tempora multa. De Macario Alex-
 alexandre. scribit Palladius in eius vita cap. 17. quod vocaretur
παιδαγωγέων id quod in puerili atate senex haberetur, citiusque
 multo quam atas ferret in virtutibus profecisset. De S. Benedicto
 Dial. 1. scribit S. Greg. *Ab ipso pueritia tempore senile cor gerit-*
bat, ac atatem moribus transibat. Hoc idem factum in Defun-
 cto N. Tarde maturefcit homo, quia sol interim debet sapientius
 signa Zodiaci transire, & in iis morari. Sed potest quis cur-
 rere citius. Eliazus dum mittit Giezi ad Sunamiticidem 4 Reg.
 4. *Accinge lumbos tuos & tolle baculum tuum, si occurrerit tibi*
quispiam non salutes eum, & si te salutarerit non respondeas ei.
 Non morare in signis Zodiaci, amphora, libra &c. ut Soli
 quem nemo incitat. Stitit aliquando Josue, c. 10. Retroegit
 Itajas 2. Paralip. 9. *Reversus est sol decem lineis per gradus quas*
descenderat. Omnes volunt solem, ætatem ulterius progredi,
 Ut quis in summam annos reducat, faciat minorem Zodiacum,
 talem in clypeo curavit describi Alphonfus Dux Calabriae fi-
 lio Eyardo. Erat Cervus, cum inscript. *DEUM time,* timet to-
 nicrua. Ciconia Inscrip. *Parentes reverere.* Hæc suos senes
 portat. Testudo, *Domum pro cura,* non egreditur domo. Del-
 phinus, *Officiis vaca,* præmonet saltu de tempestate. Supra
 hæc omnia Inscrip. *Celer virtutis cursus.* Sunt etiam coeli in
 terra, Job. 39. *Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationem*

ejus in terra. Stemmata sunt stellæ hujus cœli; est ortus in eo & occasus, sunt eclipses. Sed hoc cœlo crescunt flores virtutum. Scribit Ambr. Perez. In Africa in civitate Tagodastem si plures surculi vitis simul in terra infigantur, in unum concrefcere, & quodcunque signum fuerit singulis inditum, prodire in uvis. Jungunt se per Matrimonia ut surculus, prodeant in filiis stemmata, sub hoc cœlo. Quinque stemmata quæ Poloni adhibent, sint signa totidem Zodiaci, per hæc brevior erit annus in terris, per hunc ivit Defunctus, & ideo citò maturuit.

Zodiacus Nobilium duo habet extrema, à Patre, à Matre. Aliqui incipiunt à Matre, Prov. 3. *Digiti ejus apprehenderunt fufum,* ita fecit Sardamapalus, item ille, de quo Hieron. Epist. ad Heliodorum. *Quid facis in paterna domo delicate miles, ubi vallum? ubi fossa? ubi acta sub pellibus hyemis? ecce tuba sonat, hostis expectat, & tu de cubili ad arcem, de umbra prodis ad solem, corpus assuetum tunica non fert onus lorice, caput assuetum linteo galeam recusat, mollem otio manum capulus exasperat.* Puer Achilles etsi à Matre inter sorores muliebri veste occultatus, ad proposita ab Ulisse arma prosiliit. Hostis proponit arma, prosiliunt ingenui. Incipiant hinc nobiles, ita 2. Reg. 1. David. *Præcepit ut docerent filios Juda arcum,* Quia tempore Saul militia non æstimabatur, occiderat David Goliathum, Saul interrogat. *De qua stirpe descendit hic adolescens?* Quid hic de stirpe? da præmia Saul quæ promisisti. Defunctus N. juxta Patrem incepit, habuit in n. en. oria Majorum gesta N. N. N. utebatur illis ut Themistocles triumphis Milediadis, &c. fuit in castris &c. *Matura sunt uva ejus.* Tracit. Defunctus ad aliud signum Zodiaci, ad aliud stemma, ad signum sapientiæ. studuit in Scholis variis & hic hortus iste maturus. Prov. 8. dicit Sapientia. *Melior est fructus meus auro & topi de*

pretioso, & gemina mea argento electo. Nam doctrina munit Patriam. 2. Paralip. 17. Rex Josaphat misit de Principibus suis ut docerent in civitatibus Juda, & cum eis Levitas & Sacerdotes, docebantque populum in Juda, & cum eis Levitas & Sacerdotes, & circuitabant omnes urbes ut erudirent populum. Quid inde secutum? Crevit Josaphat & magnificatus est usque in sublime, & edificavit domos turrium. Turres erant viri à Josaphat edocti & Defunctus N. fuisset turris, expressisset suos Majores, qui defendebant Patriam per Sapientiam, id est, NNN. Eccl. 28. Sapientia se vocat vitem. *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, flores mei fructus honoris & honestatis.* Sed quis fructus? odor, sic defunctus eorum Principibus olebat, applaudebant illi peroranti. Cant. 2. *Vinea florentes dederunt odorem suum.* Cùm à scholis rediit domum Defunctus, recepit fructus honoris & honestatis, dignitates. Bern. ad Theobal. *Multos videas Juvenum super Senes intendere moribus, Antiquorum tempora meritis prævenire, & quod aetati deest virtutibus compensare.* Flores in Defuncto erant qui fructus magnos promittebant. Quid de eo dicam quando Judex in Tribunali constitutus? Vinum apud cælum fuit signum judicii, Prov. 9. *Miscuit vinum & posuit mensam suam.* Et apud sæculum, iudicaturis dabatur poculum vini apud Allobroges ut scribit Sabellius, vocabatur crater judicii, an quia in fundo veritas? an propter eloquentiam? an propter audaciam? sed nihil horum servit iudicio. Idea est judicii vinum, est acre & dulces, talis sic Judex. Prov. 3. *Misericordia & veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo, & describe eas in tabulis cordis tui.* Nam vinum 3. Fldr. 3. *Convertit hominis mentem in securitatem & jucunditatem.* Prov. 2. *Securitas & gaudium est iusto facere iudicium.* Non meminit Regem nec Magistratum. Deut. 1. DEUS ad Judices loquitur. *Quod iustum est iudicate sive civis ille sit, sive pere-*

ve peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis ut magnum, nec accipietis cujusquam personam, quia DEI iudicium est. Sed modò factum ut Itai 1. Vinum tuum mixtum est aqua, Principes tui infideles & diligunt munera, sequuntur retributiones, non judicant pupillo, & causa viduarum non ingreditur ad illos. Non ita olim jam factum est quod Joan. 2. Omnis homo primùm ponit vinum bonum, & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Sed etiam nunc non desunt Judices recti, talis fuit N. Dan. 13. Dederat ei DEUS honorem senectutis, quare *Matura sunt uva ejus.* Scribit Surius, quod S. Martinus plantaverit vitem, de qua Asfidius Presbyter decerpfit uvam & in aquam misit, tota aqua facta est vinum. Ita N. inter Judices. Addit Greg. Turon. de gloria Confess. quòd cum ex dicto Asfidii quidam incurvati oris bibisset, statim fuerit rectum factum, utinam modò essent tales uvæ. Tribunal dicitur brachium Regis, vocetur & Rex, sed non Crivoustus, hoc est, oris intorti. Dicunt. *Juro DEUM quòd non curaverim ut in Judicem eligerer,* tamen maximè curavit. *Juro quòd nullam meam vel Amicorum causam in Tribunali habeam,* & est contrarium. *Juro D. DEUM quòd judicia nisi morbo gravi oppressus non deferam.* Et tamea propter fugiendam invidiam abest. Quis daret uvam S. Martini? Fuit N. defunctus in Legatione, & de illo dici potest. Prov. 27. *Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui miserit eum, animam ejus requiescere facit.* Tempore messis solùm nix cecidit Romæ, cujus memoria est die B. V. ad Nives, de potu loquitur per nives servatas refrigerato. Non sit Legatus ad Comititia ignis, non pertinaciter tucatur injusta, sit frigidior. Talis fuit N, ideò *Matura sunt uva ejus.* Est avicula Imeronios, hoc est, unius diei, quia manè nascitur vespere moritur, sed interim variorum avium nidos circumvolat, omnium voces exprimit adscribunt ipsi. *Non*
dii

diu sed satis. Talis fuit N. peragravit nationes, lingvis locutus, potest dicere cum Alexandro. *Vixi satis, quia non numero annos sed triumphos, metior me non atate sed perennitate.* Uno verbo. *Non diu sed satis.*

Aliud signum hujus Zodiaci, id est stemma, notat celestia, sub quo etiam N. maturavit, sub hoc signo. *Isai 18. ante messem totus effloruit, & immatura perfectio germinavit.* De Adolescente probo Bern. in Festo SS. Petri & Pauli. *Cum Adulescens esset, senem induit, relinquens quod erat, assumens quod non erat, non enim respexit ad se, sed ad eum qui est supra se.* Talis fuit N. quare *maturæ sunt uvæ ejus.* Quatuor partes Sanctitatis assignat S. Paulus Ephel 5. *Ut possitis comprehendere que sit latitudo, longitudo, &c.* In quo respicit partes crucis. Alitudinem Sanctitatis in aula ostendit Andr. Grimanus Dux Venetorum tali symbolo, ut refert Salomon à Carlano Affixit vitæ columnæ, Inscript. *Festina lentè.* Clamat genus Catholicum, *festina, educatio, Dominus, Sed aula ait lentè, satis unum sacrum audire, &c.* *Latitudo est Isaac, hic Geo. 28. Fodit Isaac puteum, & vocavit nomen ejus latitudo dicens, nunc dilatavit me Dominus, & fecit crescere super terram.* Quomodo latus puteus? talis sanctitas aulica, similis vulpium foveis nidis vloucerum Matth. 8. Et hanc latitudinem difficultates obtinuit Isaac, Obruerant Patris ejus puteos Palæstini, ipse in Gerara effudit puteum, & statim incolæ de illo contenderunt sibi usurpantes vocavit illum *Calumnia*, alterum effudit, pro eo quoque puteo *rixati sunt, & appellavit eum inimicitias.* Tertium appellavit latitudo. Ita in aulis, maximè cum alicui confertur Dignitas, sed si superat. *Dilatavit me Dominus & fecit crescere super terram.* Jam illum adorant. *Ibid. Vidimus secum esse Dominum.* Sed Isaac potius debuisset appellare profunditatem, quia profunde fodit, non obtinebitis Aulici dignitates, nisi

nisi profundè vos demiseritis vestra. *Vestra Profunditas est ut Jonæ, orat in ventre ceti. Ego autem in voce laudis immolabo tibi, quæcumque voti reddam pro salute mea Domino.* Dum beneficium quærunt, profundè sunt devoti, vota. Quare Jonas orabat? *Quando veniet immutatio mea? post ten bras spero lucem spes lucis facit orare.* Ita & qui uniones quærunt se demergunt. Ita quidam caput inclinabat donec claves Petri inveniret. Longitudo devotionis passim ab Aulis abest. *Aula breves tunicas, & breve carmen amat, Brevem Missam &c.* Oratio esset brevis nisi colloquiis intertexerent. Si tamen habent longitudinem, erit illa t. Paralip. 20. *Aliud bellum accidit in Gerb. in quo fuit homo longissimus.* Qualiter? *Senos habens digitos, id est, simul viginti quatuor.* Quid hoc? in aulis augentur digiti ut rapiant.

Aliæ mensuræ Sanctorum, quas secutus N. *Altitudo est fides, per quam usque supra cœlos pertingunt.* Abacuc 3. *Altitudo manus suas levavit, adjunxit opera fidei, devotionem.* Latitudo SS. est Charitas Pl. 118. *Viam mandatorum tuorum curriculam dilatasti cor meum.* Legem DEI N. servabat, in nullo partem fecit dæmoni ut alii. Ephes. 6. *Nolite locum dare diabolo.* Ille est indivisibilis, anima nostra indivisibilis, si vel punctum habet in ea, totum habet. Confitebatur crebrò N. habuit erga proximum charitatem, quæ ut Aug. Catech. Rud. *Alios curat adficere, alios contremiscis offendere: ad alios se inclinat, ad alios elevat: alius blanda, alius severa: nulli inimica, omnibus Mater.* Ita N. erga domesticos, pauperes. Greg. in Pastor. *Cùm charitas misericorditer descendit ad infima, valenter insurgit ad summa.* Jam verò *Profunditas SS. est humilitas.* Itai. 35. *Mittit radicem deorsum, & mittit fructum sursum.* Fuit humilis N. maximè internè, de quo Hieron. Epist. 90. *Plus est animum deposuisse quàm corporis cultum, difficilius arrogantia quàm*
hoop N auro

*auro caremus. Externè etiam humilis fuit N. Chrysoft. in Pa-
lycr. 3. Quisquis gradus propria celsitudinis amat, humilitatis
cultum in obsequio teneat, nam qui ab humilitatis operibus recedit,
à dignitatis fastigio tumore pondere cedit. Sanctorum Longitudo
est perseverantia. Hos solos annos computemus quos DEO
dedimus. Barlaam habuit annos 70. interrogatus à Josaphat
de annis, dixit 45. quia tot annis DEO servivit. Similius reli-
ctâ aulâ Adriani, quia solum annis septem DEO servivit, ad-
scribi tumulo suo curavit. Hic jacet Similius septennis oculus.
De Saule 1. Reg. 10. Puer fuit unius anni Saul cum regnare cap-
set, & regnavit duobus annis in israel. Utrique annis 20. sed so-
lùm duobus juxta DEUM. N. omnes annos DEO impendit,
quare *matura sunt uvæ ejus.* Sed virtutes dictæ servari non
possunt sine mortificatione, Gal. 5. *Carnem suam crucifixerunt
cum vitio & concupiscentiis.* Mundum, carnem, Joan. 17. *Pater
non rogo pro mundo.* Hos latrones N. Crucifixit, Mortificavit
se. Alex ab Alex lib. 6. c. 18. scribit ad Danubium nasci vitem
quæ aspersa cinere fit aurea: Mortificatio fecit nos aureos, ut
patet ex 2. Cor. 4. *Immensum gloria pondus operatur in nobis.*
Mundum ut patibulatùm spernebat, pompas, &c. Lud. Bar-
thema. hist. Novi orbis ait in litore maris Indici prope Ta-
probenam, fuisse idolum marmoreum, Maris Prætes, dictum
Cechorab, quem qui transibat. plagis afficiebat & in faciem
spuebat, adjecto. *Perdidisti, percas,* quia eo loci multa fiebant
naufragia. Ita in mundo, perit castitas, sobrietas, devotio.
Agamus ut cum Cechorab. Sed N. non perit.*

Aliud signum Zodiaci est aliud stenima. Timorenti
DEI notat, superflua debent recidi à vite. Stobæus, Est in ju-
venibus, *mentis precocitas, renum ardor, voluntatis impetus,
intentus ad voluptatem animus.* Excidebat N. fuit ut Tobias
nihil puerile gessit, Examinabat N. conscientiam, meminerat
quod

quod est Eccl. II. *Letare Juvenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum, in diebus juventutis tuae, & ambula in vis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito quod pro omnibus his adducet te DEUS in judicium, pro adducet te, &c.* Chaldeus legit, *appendit super te aciem.* Cùm lætamini Juvenes pendet supra vos acies, scilicet gladii, estis ut Damocles in convivio apud Dyonisium Tyrannum supra quem fuit appensus er sis in filo subtili. Considerate DEUM Judicem spectantem. Ita fecit N. I. Cor. II. *Si nos judicaremus utique non judicaremur.* Sequeretur ex hoc timore illud. 1. Cor. 7. *Et qui gaudent tanquam non gaudentes &c. & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur, præterit enim signa mundi hujus.* Oleaster pro verbis *Adducet te, &c.* Legit. *Pro hu scribit contra te DEUS judicium.* Sicut apud Baltsarem Babilone Dan. 5. *In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus scribentis contra candelabrum in superficie parietis aula Regia.* Subito hæc hora venit, Balthasar tunc portabat Job. 21. *Tenent tympanum & cytharam &c. & in momento ad inferna descendunt.* Pejus aliquando apud vos fit quàm apud Baltsarem. ibi. Dan. 5. *Unusquisque eorum secundum suam ætatem bibebat.* Hic ultra ætatem. Bibebant de vasis sacris sed in quibus erant imagines sacræ, apud vos fædæ. ibi. *Laudabant DEOS aureos, argenteos, juxta fidem suam.* Apud vos maledictiones, imprecationes, spurca ut sulfur inferni. *Contra candelabrum, hæc scriptura non obscurabitur.* Manus hæc scribit non Babilonicè etsi Babilone, sed lingvâ ignotâ. *Mana Te-cel Fares.* Numeravit, appendit, divisit, hoc est numeravit dies, appendit merita, divisit à regno. Quis scit quid contra vos scribatur? ignotâ lingvâ. Simus ipsi nobis Danieles, legamus in nostra conscientia. Ita tuit N. eradicemus mala. Ambr. lib. de offi. *Adolescentum est timorem DEI habere, Parentibus deferre, honorem habere senioribus, castitatem tueri, humilitatem*

tatem non aspernari, diligere clementiam, que ornamenta sunt juvenilis ætatis. Ita fecit N. Quare matura sunt uva ejus.

Aliud signum in Zodiaco, id est, stemma per quod notatur Castitas. Vidit Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, hi sequuntur Agnum quocumque inierit. Ibi crescit vinum quod Zach. 9. germinat virgines. Talis fuit N. Hugo de claustro animæ. In illa ætate quando crines flavescunt, caro nitescit eburnea, oculorum gemmis facies rosea decoratur, valetudo corpori vires subministrat: quando viget ratio, vigent corporis sensus, visus acutior, auditus promptior, intellectus rectior, & vultus jucundior, offerunt hostiam viventem, DEO placentem & immaculatam, agnum non aure, non oculos, non pedes, non linguam carentem. Audiat hoc senum sera conversio, quibus ex defectu senectutis aures obturantur, oculi turbantur, ipsi in se per se deficiunt: hi non offerunt agnum immaculatam, sed porcum cruentatum sicut enim porcus in siliquis, sic senex jacuit in vitium. Non induisit N. convivium, aures continuit, &c. Matura sunt uva ejus. Quæsitivus ex oraculo Philippus Macedo, quid illic cavendum esset ut diu viveret, dictum illi. Cave quadrigas, prohibuit illas in regno, montem hoc nomine dictum disjecit, perijt à Pauliano qui gladio insculperat quadrigas. Habet suas quadrigas Venus, quatuor cygnos. Bern. in Cant. Luxuria currus quadrigæ vitiorum voluitur, ingluvia ventris, inhonestate sodalium molitie vestium, otii soporisque resolutione. Cygni hi habent plumas albas, politicæ vestiuntur, quomodo cum sociis non bibam, ludam &c. Curis nigra, hæ quadrigæ sunt in poculis, vestibus &c. Eccl. 7. Nè impiè agas multum, ne mori aris in tempore non tuo. Utamini sexigis, Cassiod. super Matth. Sex sunt que incorruptam servant castitatem, evitatio opportunitatis. Adhibite his sexigis aurigam verecundiam. Bern. super Cant. serm. 86. Verecundia est integritatis custos, virga disciplina, expugnatrix malorum, præsugna-

pugnatrix puritati, fama cunctrix, vite decus, & insigne totius honesti. Quare N. citò senex sap. 4. *Ætas senectutis vita immaculata.* Propter hanc de S. Agnete dicit S. Ambr. lib. de Virg. *Computabatur in annis infantia, sed erat senectus mentis immensa.* Vestis te N. illo habitu quem Garzias Navarræ Rex, uti Causin. in symb. dederat suis militibus. In pallio erat cor, è quo lilia prodibant, sopra quæ B. Virgo, in collo erat monile, factum è liliis.

Jam unus Angelus absolvit laborem monstrando hunc botrum N. maturum, succedit alter cum falce. Videmiatuus Filius ô Pater, deest Domui Botrus, sed ut Chrysol. *Non est hæc fors calamitatis sed felicitatis non probrum supplicii sed honor triumphi.* Colligit botrum, ut in cœlum deferat sap. 4. *O quam pulchra est casta generatio cum claritate, &c. Cum se eduxerit, in perpetuum coronata triumphat, incoquinatorum cor hostinum præmium vincens.* Sunt certamina Aug. term. 57. in Evang. *Inter omnia Christianorum certamina, duriora sunt castitatis prælia, ubi continua, rarior victoria, nempe raro est concordia formæ atque pudicitia.* N. toties vicit, meritò ut in cœlum triumphans. Habitus Angeli videmiantis triumphalis. Nam ut Ansbert. & Haymo docent, hic est iste Angelus de quo superius. Apoc. 14. *Vidi sedentem super nubem candidam, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.* Quare cum corona non sceptrum, sed falx, & econtra, cœlesti modo vestitus, ad hæc negotium utiliter, ita Cherub, alas habuit & cruci erat affixus cum S. Francisco sacra stigmata communicaret, quia ad hoc serviebat talis habitus. Hic Angelus in corona, quia botrum erat coronaturus, & fortè ad deferendum illum in cœlum sociavit sibi Angelum qui monstravit illius maturitatem. Ita Num. 13. botrum Caleb. & Josye ferebant è terra promissionis, ita in terram familiæ

N. missi duo isti Angeli ut eam explorarent, in signum fertilitatis hunc botrum extulerunt. Locus è quo in Palæstina decerptus est botrus, dicebatur Nechel Eschol, hoc est, rivus botri, sic dici debet & hic locus è quo decerptus hic botrus, rivus, fluxerunt Patri lachrymæ, & meritò. Cyrus ut scribit Greg. Richter, habuit vitem auream, botri smaragdini. Talis hæc familia, deest botrus. Fuerunt botri quales vidit in somnis Pincerna Pharaonis, & de illis dabat Regi vinum. Ne solliciteris Pater, verbis te compello quibus Marciam Romanam Philosophus lugentem de obitu Filii, *Filium tibi Dis immortales non diu daturi, statim talem dederunt, qualis diu effici potest: quidquid ad summum pervenit ad exitum properat. Eripit se ex oculis aufertque perfectâ virtus, nec ultimum tempus expectant, quæ in primo maturuerunt.* S. Macario obtulit quidam botrum, hic discipulo, ille alteri, & sic deinceps, tandem ad Macarium redit, qui illum DEO obtulit. Dederat tibi ô Pater, DEUS botrum, tu illum Academiis &c. rediit ad te, offers illum DEO. Mortuus N. intrepidè. Henrico Duci Baviaræ apparens S. Wolfgangus scripsit in pariete *Post sex*, ille putabat se moriturum post horas sex, deinde dies, &c. interea post sex annos factus Cæsar. Et illi datum Elogium. *Seipsum singulis senariis superabat, & post mortem eandem vivebat.* Et N. expectando mortem, acquisivit cælum. Dispositio Defuncti qualis? Jam valedicit tibi ô Rex, ô Patria &c. Clausit vitam, claudio sermonem.

In Funere alicujus in dignitate Sæculari.

MOS antiquus est Polonorum, ut in funere Regum frangantur Regis sigilla, in funere alicujus ex sua familia ultimi stemmata rumpantur. Quid hoc? an quia ut ad sepul-